Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ro est: erunt q̃ dies illius centum uiginti an-
norum. Gigantes autem erant sup terram i
diebus illis. Postquam enim ingressi sunt
filij dei ad filias hominũ: illeq̃ genuerunt: is-
ti sunt potentes a seculo uiri famosi. Videns
autem deus q̃ multa malicia hominum eet i
terra. et cuncta cogitacio cordis eet intenta ad
malum omni tempe: penituit eum q̃ homi-
nem fecisset in terra. et tactus dolore cordis in-
trinsecus et precauens in futurum. delebo in-
quit hominem quem creaui a facie terre. ab
homine usq̃ ad animancia. a reptili usq̃ ad
uolucres celi. Penitet enim me fecisse eos. Et
dixit ad noe. Finis uniuse carnis uenit coram
me. Repleta est terra iniqtate a facie eorũ: et ego
dispdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis
leuigatis. Mansiunculas in arca facies: et
bitumine linies intrinsecus et extrinsecus: et
sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit
longitudo arce: quinquaginta cubitorum la-
titudo. et triginta cubitorum altitudo illius.
Fenestram in arca facies: et in cubito consum-
mabis sumitatem eius. Ostium autem arce
pones ex latere deorsum: cenacula et tristega
facies in ea. Ecce ego adducam diluuii aquas
sup terram. ut interficiam omnem carnem i